



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LVIII. Markgraf Ludwig nimmt Johann von Buch mit dem Schlosse und dem Städtchen Buch in seinen Schutz und behält sich vor, daß solche ihm offen stehen, am 24. März 1340.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

honore, vfu, commodo et gracia, cum iure patronatus ecclesie et generaliter cum omnibus pertinentiis dicte ville ex debito vel ex iure pertinentibus, vasallatu et pheodiis (sic) militum et militarium duntaxat exceptis, que predictus dominus Johannes ipse cum heredibus suis capacibus referuabit, sine inquietacione qualibet, quoad uixerit, pacifice possidendam. Confirmamus, ratificamus, approbamus et ratam habere et haberi volumus gratiam siue donacionem prenominatę mechtildi in castro, curia siue villa, dicta Buch, sub vniuersis modis, condicionibus et formis coram generoso principe ottone, duce Brunfwicensi, auunculo nostro dilecto, sibi factis vasallatu et pheodiis eciam exceptis sine lesione qualibet, eciam quoad uixerit, obtinendam. In cuius etc. Testes Güntherus de Swarzburg, Johannes hufener, Richardus de Dame, Beringerus Helo, wilhelmus bonbrecht etc. Datum berlin, anno domini M^o. CCC^o. quadragesimo, dominica qua cantatur Circumdederunt me.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LXXIV.

LVIII. Markgraf Ludwig nimmt Johann von Buch mit dem Schlosse und dem Städtchen Buch in seinen Schutz und behält sich vor, daß solche ihm offen stehen, am 24. März 1340.

Lvdowicus etc. Nobili viro domino Johanni de buch, sincere sibi dilecto, gratiam suam et omne bonum. Ob fidei et puritatis in vobis compertam constantiam vos heredesque vestros cum castro et opido buch cum ipsorum debitis pertinentiis in nostram recepimus et presentibus recipimus tuicionem et defensionem contra quolibet illicitos vestros inuafores, vobis inferre conantes violenciam seu iacturas, Volentes vos de predicta municione, vt premittitur, pro Jure vestro, cuius plenam auctoritatem et posse vobis referuamus et habere volumus, contra ipsos inuafores quolibet indebitos fideliter defensare. Debebit eciam id ipsum castrum cum opido, ut prescriptum est, nobis et officiiis nostris in singulis nostris necessitatibus quomodocunque euenientibus contra quemlibet hominem, personam et personas cuiuscunque status vel condicionis fuerint parere promptius et patere. In cuius etc. Testes comes de Swarzburg, henricus de Rischach, Beringerus hele cum ceteris. Datum templin, Anno domini M^o. CCC^o. XL^o., feria sexta ante dominicam, qua cantatur Letare.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LXXV.